





Q.D.B.V.  
EXERCITATIO JURIDICA  
DE  
**LENIENDA POE-**  
**NA ADULTERII,**

*quam*  
Sub PRÆSIDIO  
VIRI

NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI, EXCELLENTISSIMI DOMINI  
**SAMUELIS FRIDERICI**



J.U.D. Ejusdem ac Historiarum Professoris Publici Ordinarii,  
nec non Athenæi Inspectoris,  
FAUTORIS, & PROMOTORIS STUDIORUM SUORUM  
AD CINERES DEVENERANDI,  
d. 30. Octobr. A. O. R. MDCCXXIX.

IN AUDITORIO ATHENÆI GEDANENSIS  
ORDINARIO  
defendet  
**PAULUS THEOPHIL. SCHNAASE,**  
Conicenf. Boruſſ.

---

Gedani, Typis SCHREIBERIANIS.

VIRIS

PLURIMUM REVERENDO, AMPLISSIMO ATQUE DOCTISSIMO

DOMINO

JOANNI VALENTI-  
NO VIEWEG,

Ecclesiæ Conicensis Pastori optimè merito,

Ut &

NOBILISSIMO, CLARISSIMO, DOCTISSIMO

DOMINO

DANIELI WO-  
KENIO,

Rectori Scholæ Conicensis 'meritissimo, Olim Præceptorii  
Suo fidelissimo,

Affini impensè amando,

DOMINIS FAUTORIBUS ac AMICIS  
suis ævitemnum suspiciendis

Præsentem Exercitationem Juridicam cum flagrantissimo perennis felicitatis voto Sacram esse  
voluit, debuit

RESPONDENS.



## Conspectus.

POena adulterii tam duplicit, cessio facta? V. ob solum conatum adulterii poena mitigatur VI. & quam simplicis I. casus ubi dicta poena cessant II. mitiganda poena, si tunc quo; si quis innuptam, quam innocens pars separata qvoad thorum & mensam in corpus peccavit, maritatem esse putabat, cognovit, vel id fecit deserta ab altera parte III. VII. mitius etiam punitur, qui alterius sponsam adulteravit VIII. au- mitigatur poena cons�entienti cum uxore meretricio more viventi IV. genda vero poena ob concurrentem ut & si innocens pro nocente interincestum IX. &, non obstante mariti censuxorem capite puniendus X. cessit. Quid si sub conditione inter-

### I.

**V**ariat poena Jure civili contra adulteros statuta, & L. Julij fuit relegatio L. 5. ff. de Dres. L. 29. §. 2. ff. ad L. Jul. de adul. deinde Constantinus M. Imp. capitalem statuit pœnam

A 2

nam L. 30. C. d. t. Jure Carolino, Saxonico & Culmensi ob duplicatum adulterium in utroque conjugi est poena capitum art. 120. *Conſt. Crim. Jus Culm. Lib. 5. P. 2. tit. 8. c. 1.* Carpz. qu. 54. n. 14. cap. demque in Saxonia marito ob simplex adulterium dictatur, fœminæ fustigatio & perpetua relegatio. Struv. S. J. Civ. Exerc. 49. th. 50. extra Saxoniam in utroque horum adulterantium est relegatio, vel incarcratio Stephan. & Clasen ad art. 120. *Conſt. Cr.* Si coelebs cum nupta rem habuit, multis in locis huic fustigatio & relegatio dictatur, coeli bi poena capitum, ob immisum falso partum in alienam familiam Hahn. ad Wef. tit. ad L. Jul. de adulst. n. 19. Carpz. Pr. Cr. qu. 53. n. 41. Quamvis vero non ubique locorum haec poenæ uniformes sint, in nullo tamen loco adulteria convicta impunita relinqvuntur.

## II.

Sed casus sunt, in quibus, licet per leges loci adulterium adhuc capitali poena vindicetur, ista tamen vel in universum cessat, vel ad minimum mitigatur. In totum cessat, si, non supino vel affectato, justissimo tamen errore, quis alius uxorem cognoverit, quam suam efficerabat. Justissima enim ignorantia, quæ dolum & propositum excludit, veniam meretur, cum sine dolo ne quidem adulterium, L. Julia coercendum, commissum intelligatur. arg. L. 12. ff. ad L. Jul. de adulst. L. 4. C. de incest. & inutile. nupt. In totum porro cessat poena, si vi diu absens fuerit, & uxor ejus ex justo rumore crediderit, mortuum illum esse, hinc alii se se junxerit, maritus autem deinceps redierit L. 11. §. 12. ff. ad L. Jul. de adulst. Immunis quoque à poena habetur uxor, quæ vim passa, vel apud hostes, vel alia quacunque ratione L. 13. §. 7. L. 39. pr. ff. eod. cum vis non minus quam error consensum excludat L. 116. pr. ff. de R. J. Si adulter vel adultera ante condemnationem vel post eam, pendente adhuc appellatione, sit mortuus, poenæ quoque cessant, ut nec dotis similiusque persecutio amplius superfit, cum injuria mor- te

te remissa intelligatur arg. L. ult. ff. ad L. Jul. Maj. Gilhausen in arb.  
crim. c. 2. tit. 34. §. 8. n. 11. & tit. 18. n. 3. seqq. Præscriptione poena  
tollitur, si adulterium ante quinqvennium commissum fuit L. 11. §.  
4. L. 29. §. 5. & 6. ff. ad L. Jul. de adult.

## III.

Ad leniendam vero & mitigandam ordinariam adulterii poenam  
causa est, si pars innocens, separata ab altera quoad thorum & mensam;  
se adulterio polluit, quia est ignoscendum ei, qui, usu matrimonii de-  
stitutus, per iniqvam viam ad eum contendit. Carpz. Pr. Crim. qv. 65.  
n. 53. Bardili Difff. de Separat. quoad thorum & mensam th. 31. Ex ea-  
dem ratione mitiganda est poena, si ex malitia pars altera averletur con-  
jugem, & debitum conjugale exhibere ipsi detrectet c. 24. C. 27. qv. 2.  
aut ob morbum vel corporis inhabilitatem id præstare non possit. Carpz.  
qv. 61. n. 14. seqq. n. 30. seqq.

## IV.

Soletus cum alterius uxore consuescens, quæ meretricio more  
vivit, & publicè se prostituit, mitigationem poenæ impetrat, quia mi-  
nor est injuria mariti, dum connivens pro lenone habendus, & talis  
mulier pellexisse adulterum præsumitur. L. 22. C. ad L. Jul. de adulter.  
Berlich. P. 4. Concl. 27. n. 88. Finckelth. O. 5. n. 20. seqq. Meretricioau-  
tem more vivere dicitur, non ex primi concubitu, sed plurimum, unde  
ratio ordinis concubentium hic habetur, & primus, qui cum illa con-  
cubuit, gladio punitur, secundus fustigatione, tertius mitiore poena  
Stryk ad Laut. tit. ad L. Jul. de adult, verb. masculus mitius & ipsa uxor

A 3

qvo-

qvoqve poena ordinaria plectenda est L. 13. §. 2. ff. d. t. Brunn. ad d. L.  
23. C. eod. conf. Lauterb. ad ff. d. t. §. 7.

## V.

Intercessio partis innocentis pro adulterio, aut injuria remissio, etiam si tacite facta per retentionem, aut admissum concubitum post compertum adulterium, moribus hodiernis mitigationem poenae operatur. Struv. S. J. Civ. Ex. 49. tb. 33. Stryk in U. M. ff. tit. ad L. Jul. de adult. §. 6. seqq. Nisi sub conditione sit intercessio facta: si maritus magistratus permisus in pristino domicilio foro commorari possit, nam ea non impleta, nec marito ad leniendam poenam, intercessio uxorius proderit, quia, qvod sub conditione suscepimus, demum ab ejus eventu suum valorem impetrat Finckelth. in Append. Observ. postb. 9. n. 6. seqq. Innocentis intercessionem, ad mitigandam poenam, in jure esse fundam, in genere negat Brunn. Proc. Inquis. c. 9. n. 33. cum ea quidem poenam civilem adulterii tollere, non autem publicam vindicetam possit.

## VI.

Solus criminis conatus, qvod, ob maritum vel alium supervenientem, nondum tamen perfectum, etiam ad poenam gladii conantidictandam non sufficit, sed mitior in eum statuenda poena. Dicitur enim in L. 1. ff. Extraord. crim. sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, et si effectu sceleris potiri non possint, propter voluntatem pernitosæ libidinis extra ordinem puniendos esse. vid. Ant. Matth. de Crimin. lib. 49. tit. 3. cap. 2. n. 7. 8. 10.

## VII.

## VII.

Conanti non absimilis, qui credens mulierem maritatem esse, eandem corrupit, cum illa adhuc innupta sit. Cum enim re ipsa stuprum tantum, non adulterium commisit, quandoquidem nec alienarum nuptiarum sacrilegium, nec alienæ matris. corruptio adest, et si animum adulterandi habuerit, in talem mitior quoque quam adulterii poena ordinaria, statuenda venit. arg. L. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. L. 30. §. 1. C. eod. Voet. ad ff. d. t. §. 17.

## VIII.

Etsi Jure civili sponsa pro nupta veniat, & in eam quoque adulterium committatur L. 13. §. 3. ff. d. t. L. 7. C. de jure dot. poena tamen contra adulterum hic quoque mitiganda erit, quia per interpretationem sponsa tantum pro uxore habetur, revera nondum talis est. Carpz. Pr. Crim. qp. 65. Quod ad casum extenditur, si persona conjugata cum sponsa vel sponsio alterius concubuerit, & partis offensæ remissio acceperit Carpz. d. l. n. 86. seqq.

## IX.

Concurrunt vero quandoque circumstantiae, ob quas ordinatio poena adulterii non remittenda, sed magis exasperanda est. Puta si maritus cum filia, noverca vel privigna concubuerit, & ita simul incestum commiserit. Duplicatum enim ab eo crimen fuit, quod graviorem quam adulterii poenam depositit L. 8. ff. de Question. Nec in hoc casu, ubi in linea recta incestus cum adulterio coniunctus, intercessio innocentis pro nocente poenæ mitigationem, ob sceleris

leris fœditatem, admittit. Struv. in *Jurispr. Rom. Germ.* lib. 3. tit. 28.  
 §. 19. Nec quinque annorum præscriptione crimen incestus cum adul-  
 terio conjunctum perimitur L. 39. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult.

## X.

Qui multis verborum lenociniis alterius honestam uxorem  
 sollicitavit, ut tandem in furtivos ejus amores consentiret, et si  
 uxor supplex veniam à suo marito impetravit, & ob has circum-  
 stantias à judice etiam mitiore affienda pena, adulteri tamen ea-  
 propter non mitius puniendus, sed severius in eum animadverten-  
 dum erit. Nihil enim pro eo, quod penæ mitigationem svideret;  
 allegari potest, sed potius contra eum stant artes & insidiosæ ejus blan-  
 ditia, quibus decepserat alterius uxorem. Ob has vero illi parcere  
 velle, ratio non patitur. Gladii itaque penâ talis corruptor  
 rectissimè puniendus erit. Brunn. Proc. Inquis.

cap. 9. n. 36.



**ULB Halle**  
002 178 486

3



sb

V D 18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Farbkarte #13

Cyan

Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
Centimetres  
Inches

Q.D.B.V.

EXERCITATIO JURIDICA  
DE

# ENIENDA POE- NA ADULTERII,

1728, 1.

QUAM  
SUB PRÆSIDIO

VIRI

OBISSIMI, CONSULTISSIMI, EXCELLENTISSIMI DOMINI

## AMUELIS FRIDERICI

### S E C U L A R I S

D. Ejusdem ac Historiarum Professoris Publici Ordinarii,  
nec non Athenæi Inspectoris,  
UTORIS, & PROMOTORIS STUDIORUM SUORUM  
AD CINERES DEVENERANDI,

d. 30. Octobr. A. O. R. MDCCXXIX.

IN AUDITORIO ATHENÆI GEDANENSIS  
ORDINARIO

defendet

## AULUS THEOPHIL. SCHNAASE,

Conicens. Borusl.

Gedani, Typis SCHREIBERIANIS.